

Leben des Abtes Franz Hertenstein von Ettenheim-Münster.

237

euch aus den Augen gehen, aber Gott würdts rechen. Er woll endlich seinen Feinden gewachsen genug sein". Ad me autem dixit: „Es würdt euch reüwen". Cui ego: facere me, quae et conventus petit et r. paternitas v. decrevit. His discessit. Sed ut verum fateor, quamvis rev. paternitatis v. sentimentum et debito respectu susceperimus et executioni mandaverimus, tamen communis nostra et ultima resolutio est, sine aperto et nostri et monasterii periculo hominem istum hic loci relinqui non posse, quia quidquid occultum proderet et nos forte ipsos, taceam de periculo incendii, quod modo longe maius est, ut adeo teneamur in conscientia malo huic mature mederi. Est ergo praesentis partis conventus absolutum sentimentum et constans ad r. paternitatem v. petitum, ut absque mora (quia in quotidiano versamur periculo) nullo die securi de invasione, ob quam aufugere cogamur, istum periculosum hominem alio transferre placeat. Es ist ja besser, das man ihme ein Pfundt oder dergleichen was kauffe, als das das Gottshaus in der Gefahr standt, mit allem, was es hatt, praesertim cum ego (maxime Gallis irruptionem factoris) neminem pro grandi etiam mercede reperirem, qui illi adesset, relinquere autem solum\* sine omni cura, vix videtur christiana charitati conforme. Facilius pendemus aliquot centenos florenos pro eius ad dies vitae sustentatione, quam totum monasterium periculo exponamus. Hic autem locorum ob belli tumultus accommodatio nulla, ut alias notum. Speramus adeoque ex paterno in nos affectu et rei necessitate celerem medelam, ut non demum commune lugeamus damnum, et sero sopuisse poeniteat\*\*. Dominus secretarius perendie dabit rationes suas, ubi de imperato circa illum videbimus. Cras in Hochberg ad d. commendantem pergo, ob duos cives ex Riegel eo captivos ductos, quod nullas operas praestiterint ad fortificationem arcis\*\*\*. Boni cives neminem habent, qui eorum coram gerat, dominus Kürzell aegrotat, alter scilicet dominus Summervogel

\* Nämlich Amandum Rietmüller.

\*\* Auf den Rand schrieb Abt Franz: Et cur in tantam loci distantiam propter Seniore non fecere accomodandi proiec-tum? Poterant parcere sumptibus et hoc ipsum exequi, quod iam non tantum concessi, sed et iussisse puto in ultimis. Nunc vestro consilio deliberare capitulum non possum, quum domus status mihi non constet. His in partibus utique notus, non patebit ullus locus. Agite, quod agendum iam nuper scripsi. Relegat meas litteras et inveniet iussa circa accommodandum Seniore (d. i. Amand Rietmüller).

\*\*\* Siehe die Note oben S. 236.

moratur Basileae, quia cum dom. syndico in Frensburg? \* consultissimum videretur, si r. paternitas v. eidem renuntiaret, quia his stantibus eius opera non indigemus. Hisce et me et meos confratres cum sacrosanctarum manuum osculo commendans maneo r. paternitatis v. obedientissimus filius.

Ettenheimmünster 6 Martii 1678.

P. Maurus Geiger m. p.

Original in dem Ettenh.-Münster. Briefbüch. Nr. 7 Copie. Nr. 329. Mit eigenhändigen Randbemerkungen des Abtes Franz.

79. Bericht des Priors Maurus Geiger an den Abt Franz, z. Zeit in St. Gallen, d. d. Ettenheimmünster 6. März 1678.

Reverend. pater etc. Quod alteris litteris inserere nolui, hoc est: quod dominus senior iam ante 10 circiter septimanas primum cum fr. Bernardo\*\*, inde mecum graves tricas nutrierit. Also daß er den p. Bernhardum: „ein Hund etc., auch Schelm etc.“ neben dem Daugen gescholten, praesente domino secretario. Contra me quidem simile nil attentavit, sed tamen, ut solet, conquestus est, quod nulla ipsius in administratione etc. habeatur ratio. Ego pro data mihi abs reverend. paternitate vestra instructione eum iussi discedere in suum conclave, ibique posthac reficiendum solum. Discessit, ianuam obseravit et incoenatus (licet saepius inelamatus fuerit) cubitulum secessit. Mane me accessit veniamque precatus, a me pristinae libertati et communitati restitutus est. Exinde tollerabilis in conversatione fuit, usque dum ancilla patris cellerarii chyrurgo nostro (defuncta eius uxore) nupsit, ubi, nescio quae, scommata<sup>1</sup> contra eundem et scilicet contra nos omnes erga aliquem fratrem Franciscanum (qui aegrotante patre Bernardo mihi in subsidium aderat) et Michel Bogdt effudit, ut is pater, qui particularia aperire noluit, dixerit: „man solt dem Mann die Zungen auß dem Rachen herausreiffen, so schandlich redt er wider sein Gottshaus, ist auch nit möglich, daß er ein Kindt Gottes sey“. Haec eius formalia. Super his, quae ego ignorabam, a patre cellerario certior factus et officium meum requisitus fui<sup>2</sup>; respondi, me abs reverend. paternitate vestra iussum, ut eundem, si eiusmodi tricas nutriret, sequestrarem, sed tamen hoc ipsum de facto est impossibile, quia nulla hora ab irruptione nec Caesareanorum, nec Gallorum tuti sumus, undique milite cincti. Quare aliud

<sup>1</sup> scommata, Hf. <sup>2</sup> wahrscheinlich ist: requisitum fuit zu lesen.

\* Auf den Rand schrieb Abt Franz: ubi parochi?

\*\* Bernhard Mugg.